

Jam tu arbitraberis sequi commodè mecum agitur, atque
praeclearè, qui in tanti viri comitatum iterum incidimus.
Nam quis ille sit et quantis non arbitror adhuc memorià
tibi enudasse. Certe illud ingenuè asseverare possum, sapin
a discessu illum praeclearissimum tui mentioem fecisse.
et imprimis gratam habuisse salutem, quam nomine
tuo atque mandato statim atque tuas acceperam imper
titum sivi. Rogasse item ut quotiescunque occasionem ad
te scribendi nanciscerem, paria facere ne negligerem. Quod
ipsius atque meo nomine dictum tibi in praesentia esto.
nec non D.D. consanguinei illis tuis Hartmanno Plante,
atque Praetori Henrico ab Hartmannis, quos immanem
hostium savitiam evasisse, ut attoniti intelleximus ita
lactissimi. Deo Opt: Maximo gratias habeamus. Huic Te pr.
trianque et in eà omnes bonos ex animo commendat.

Tui studiosissimus.

C. Hugenius.

Hagae Comitii 19. Octobris 1661.

J. Catzio.

(148)

Non distuli responsum. Catzi amplissime, nisi quo sic responderi
daretur, ut quidem tu humanissime invitando injungis. Per
portune itaque versantem circa medium Parmatis hujus
cupasti, cujus ad finem uti properarem et ante iter Angli
canum, ut ut occupatiuncula incursitaverint, rogationis
tuae fecit autffortitas. Vide quam sum palca, quem levissima
quaque landis aura in altum levet; etiam pectore amicorum
profecta, ubi quantum ferè veritas periclitetur, imperitilli
mi sciunt, certè ne me quidem nescire tu sinis, tam splen
dide de nostris eloctis, quae, nisi hactenus lectione proventus
tua indigna habuissemus, pridem etiam invito obtrudere
veriti non fuissimus. Ad haec nova quod attinet, tibi modo
quo intristi exadundum erit. Itaque ubi mox elegantiarum isti
apud vos patroni compenerint, quam indigno stigmatè nobi
lissimas chartas inustumimus, penes te culpa sit, et si potè,
excusatio. At vero magno discrimine causam protegere
affectas. Ego sane imperitià apud quemlibet, quam inobedi
entia apud te volumus traduci, secus habui, vel quod turpius
ingrati tudinis. quantum enim tibi debeam, qui inter no
mina tam illustra vestigium nostri accensendum putaveris
fronte caream nisi palam profitear. ^{De caryinis} Materiam, quam ea
ad

ad palatum factum sit, ancipitem ^{animam} ~~non~~ tenet. At nisi memoria labor
 visus es olim, cum una essemus, inuuisse, et ⁱⁿ iuuenilibus locum
 fore. Si tamen ^{aut} minus seria ista pro gravitate operis ac dignitate,
 aut (ut suspicor) laxiora etiam quam pro voluminis modulo,
 causam non dico quin recipiantur; ut remittantur tamen
 quam ocysime, neque ibi manibus eiusque ^{terantur} antea quam
 typis Hollandicis divulgata fuerint; cuius rei provinciano fratri
 denique imposui, cui, absente meo perscribere ne graveris quid
 statuendum censeas rogo. Sed et ipse a de deliberationum ha-
 rum certior fieri, nisi molestum erit, in Angliã, gestio: præci-
 pue autem, quo animo, quo vultu hæc et tricas recepisti. De an-
 bulæorum ipsum, quod carmine descriptum habes, æri præterea
 incidendum curavi ab homine neutiquam hujus artis imperito.
 Aeldio nomen est, ne Zelandis quidem, ut opinor inauditum.
 Si et hujus Tabellæ usum aliquem apud vos fore existinaveris
 fratri identidem, qui cum intra pauculos admodum dies ha-
 biturus est, indicatum oportebit. Quod superest serio te rogo,
 ut ne qua Typographi vestri latum unguem ab Autographi
 nostri Orthographia recedant, at ne quidem ab accentibus, vel
 interpunctionibus, curare velis. abunde noverum est quò mea
 mihi displiceant, ut istorum præterea sordes non accedant
~~non~~ ~~asserere~~ ~~et~~ ~~horum~~ ~~scriptioni~~ præstare hæc meam, sed illud
 ingenuè sic videri; et cui non una, in tantis his opinionum
 fluctibus? quos equidem in pacati aliquando æquorū ordinem
 redactos, videre serio ^{expecto} ~~aspicio~~, sed ut, ominus, serio expecto - nisi
 olim tui aliquot præces manuum huic aratro applicare dedig-
 natum non sint. Vale via Amicissime et me ama.
 Haga Comitū 29. Novembris 1621.

Het-Boekhout.

D. T. Studiosissimis
 C. Hugenius.

Fratri Mauritio
Hugenio.

Fratri. S.

(40).

Scriptorum choris omnis amat æmulus, et fugit Urbes, Ritè
 cliens Bacchi somno gaudentis et umbrã. Tu me inter strepitus
 nocturnos ^{atque} ~~atque~~ diurnos vis canere et contracta sequi vestigia
 vatum. hic ego rerum fluctibus in mediis, et tempestatibus litoris
 verba Lyrae moturas sonum connectere coner. Præter cetera
 me Laudanda Poemata censes scribere posse, inter tot curas
 atque labores. Vale Londini 20. Februarii 1622. a meridie cum
 circa prandium de discessu Domini Nieuburghii (is hæc traditurus
 est) certior factus de Carnice vico quidem cogitaveram.
 Quem nosti et qualem.
 C. Hugenius.

Ne quid, obsecro Typographorum
incuriã depravetur.